





## Selectae

*OBSERVATIONES ET NOTAE,*

VETERVM CANTILENARVM  
 ECCLESIASTICARVM  
 OSORIBVS ET CONTEMPTORIBVS,  
 ad ius Episcopale, in pessima caufa  
 sua, perperam prouocantibus,  
 nullaque Imperii lege prohiberi ſe,  
 fruſtra putantibus,  
 ad expendendum, & resipiscendum  
 amice propositae,

<sup>a</sup>  
 CHRISTIAN.GVILELMO VOLLANDO,  
 POTENTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI, ET PRINCIPI  
 ELECTORI BRVNSVIC. AC LVNAEBVRG. A CONSILIIS  
 CONSISTOR. ET ECCLESIAST. PAST. PRIMAR. CONSIST.  
 ASSESS. SCHOL. INSPECT. ET DIOECES. MVLHV.  
 SANAE SUPERINTENDENTE.

---

MVLHVSÆ, FORMIS BRVCKNERIANIS,  
 Anno 1737.

Viro summe Ren. & Amptiff  
 DN. D. K. V. G. L. O.  
 Theatrico excellenter do. Dr. Amic.

Sedegno

ALITERUM CANTUENARVM  
EGCLESIASTICARVM  
OROKIRI ET CONSTITUTORVM  
49 jis Epigope, in bello quin  
tum quod est in proposito  
mille liberi iudee disponunt  
futus humilians  
ad operis suorum et regnorum  
encomiophylle

CHRISTIANA ET MOLANDO  
TOTINTSAGIO ANGAE BRITANNIAE ET PRINCIP  
HIS CIVICIS BURGOS ET LUNES ET A CORNUE  
CANTUS TUTTI TUTTI TUTTI TUTTI  
VIZIO SOLI IMPACTI IN IUDICIE VITATI  
TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA

---

MATHIAS LOUIS RIBACONDIUS

Anno 1521

*Q. D. E. V.*

LECTORI BENEVOLO,  
TAMQUE PACIS, QVAM VERITATIS  
STVDIOSISSIMO,

*S. P. D.*

---

**C**onsul Romanus, eloquentissimus iuxta;  
sapientissimusque, oratione quinta Verri-  
na eleganter pronunciauit: *Facinus est, uincire Ci-  
nem Romanum: scelus, uerberare: prope parricidium,  
necare: quid dicam, in crucem tollere? Verbo satie-  
digno tam nefaria res appellari nullo modo potest.* Lice-  
at autem mihi, uerba haec, aliquantum, pro-  
ratione instituti, immutata, mea facere, atque  
ad notissimam, de cantilenis Ecclesiasticis, alte-  
ro abhinc anno, imperite imprudenterque, mo-  
tam controuersiam, sequentem in modum ac-  
commode: *Facinus est, optimos, praefantissimolque Lutheri, ac ueterum Theologorum, Hymnos, ab uniuersa Ecclesia Euangelica magno consensu receptos, ipsique auro contra ca-*

A 2

ROS,

„ ros, e medio tollere: scelus, non dicam abiecite,  
„ & minus honorifice, sed maledice, contume.  
„ lioseque de iis existimare, atque id aperte, ac  
„ palam profiteri: prope parricidium, populo,  
„ Christi languine redempto, pabulum animae,  
„ inde haustum, surripere, huiusque exitium sem-  
„ piternum, magna ex parte, promouere.  
„ Quid dicam, electis iisdem ex numero can-  
„ tionum, in publico coetu usurpari solitarum,  
„ atque expulsis, & exterminatis e Civitate,  
„ horrendum omnibus, in religione sociis, tcan-  
„ dalum, auctoribus, nisi resipuerint, aeternis  
„ ignibus luendum, excitare, hostiumque puri-  
„ oris doctrinae nostrae ludibrium prouocare?  
„ Verbo satis digno tam nefaria res appellari  
„ nullo modo potest. Quae quum ita sint,  
nullum est dubium, quin boni omnes, non sa-  
cri solum, sed politici etiam ordinis viri, in uni-  
verso, qua meliorum partium est, coetu Luthe-  
rano, ut Reformatos taceant, de horum con-  
fensu certissime persuasus, infelices huiusmodi  
conatus, ac temerarios ausus, indignissime fe-  
rant, & pro eo, ac par est, multum uehemen-  
terque detestentur.

Vtinam uero Palaeobynnomacbis uenisset in

mentem, recordari illius Paullini: *Qui autem con-turbat uos, portabit iudicium, quicunque ille est.* Gal. V, 10. h. e. Qui uestram in fide tranquillitatem noua doctrina (*in nouis canticis non paucis band ob-scure inculcata.*) perturbat, iustas, ac dignas sce-lere poenas luet, gravissimamque extremi iu-dicij vindictam in se prouocabit.

Variis quidem simulationum inuolucris te-gitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur ma-la *Palaeohymnomanastigum* causa, omnesque colores, ad extenuandum, ac defendendum facinus in-auditum comparati, ab iis quaeruntur, ut im-peritoribus sircum faciant, lectorumque a sta-tu, quem nocant, controversiae abducant. Ete-nim modo aiunt, beneficio libertatis Christia-nae, in *Adiaphoris*, siue seruandis & tuendis, seu mutandis & abrogandis, sibi omnia licere; mo-do ad Ius Sacrorum, vulgo *Episcopale*, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt, eodemque, scuti loco, utuntur, dum Ecclesiae hymnos, ui-illius, absolutae, & nullis limitibus circumscri-ptrae, summorum imperantium potestati sub-iectos, nec ullam Imperii legem conatibus suis impedimento esse, aut prohibere eosdem, in-cassum causantur.

Atenim uero si Hymni Ecclesiae Euangelicae *Adiaphoris* annumerantur, cur non eo, quem Indifferentia postulant, modo considerantur, & cum consensu totius Ecclesiae, in primis que ad huius incrementum, atque ex prae scripto Formulae Concordiae, pressius dictae, quod non solum in Epitome, sed & Solida Declaratio ne exstat, prouidentissime pertractantur? Profecto enim hic agere, quod agamus, considerate decet, propterea, quod *Adiaphora* esse desinant, quae in uitis ac renuentibus uel extorquentur, uel obtruduntur. Quid? quod huiusmodi *Adiaphora*, intuitu argumenti, publicae Ecclesiae confessiones sint, nouisque compluribus, ac merito suspectis cantionibus obtrusis, purior ipsa doctrina, quam fieri potest, apertissime, & plannissime explicanda, atque inculcanda, non mediocriter labefactetur, & in discrimen, eam amittendi, adducatur. Vnde consequitur, Hymnos, ab Ecclesia pridem receptos, in censum purorum *Adiaphororum* nequaquam uenire. Quamobrem quoque ius Magistratus Politici circa *Adiaphora* eo extendendum non est, ut pro lubitu, & ex plenitudine potestatis, de *Adiaphoris* disponere, eademque Ecclesiae per oppressionem eripere, aut obtrudere queat. Istud enim

rei

rei Christianae emolumentum magis impedi-  
ret, quam promoueret, atque doctrinae Apo-  
stolicae, omnia *εὐτ. ηὐνωνίας*, & *κατὰ τοῖς* in Eccle-  
sia fieri oportere, i. Cor. XIV, 40. praecipienti,  
ex diametro aduerfaretur. Recentiores autem  
nonnulli Pleudo-Politici, C. Thomasium suum  
sequentes, & de Iure Principis circa Sacra perpe-  
ram commentantes, T. Hobbesii deliramenta, &  
absurdissima placita frequenter fulcire, & incru-  
stare, ipsumque adeo Machiauellismum, quan-  
tum in illis est, recoquere mihi uidentur: quod  
maximo, sanctissimoque iudici, qui meliorem  
causam semper invitat, vindicandum relinquo,  
de Monarchomachorum conuictio, quo dissen-  
tientes, nec in ipsorum uerba iurare uolentes,  
insectari solent, minime solitus.

Ridiculum denique postulatum esse vide-  
tur de Legibus Imperii, quando Nouatores ma-  
iae causae suaee in iis praesidium quaerunt, nec  
facto suo illas officere, & obstatre, sibi imagi-  
nantur. Conceptis enim uerbis pestilentissimi  
consilii auctor, uel adiutor scribit: *VVann aber*  
*Dieselbigen uermeinen, es waeren die ausgelassenen Lie-*  
*der auf eine unerhoerte, und ganz unerlaubte Weise aus*  
*dem neuen Gesang-Buche ausgemertzet, und uerbannet*  
*worden;* NB. so lieget Ihnen ob, uns ein Reichs-

Ge.



Gesetze aufzuvorzeigen, aus welchem zu beweisen, daß  
es nicht erlaubt sey, die Lieder, die einmahl in einem Ge-  
fang-Buche aufgenommen, auszulassen. Legatur F. C.  
LESSERI Send-Schreiben an M. C. W. Volland, p. 5.  
Prouocatus igitur ad scribendum, desiderio il-  
lius, in Iubilantes Obleruationibus & Notis,  
eruditorum sermone, (in gratiam potissimum  
Magnifici CS. R., cuius honoris maximopere stu-  
deo, ac doleo, humanissimum Virum in consili-  
arios conscientiae parum religiosos, tamque Fa-  
naticismi, quam Indifferentismi non immerito su-  
spectos, incidisse.) de industria conscriptis, plane  
& perspicue, ut spero, atque etiam modeste  
satilfeci. Fortissimo enim argumento utsus sum,  
de iure maioris partis, exercitioque Iurium Sa-  
crorum, penes Senatum quidem reperiundo,  
sed reuiuicturo ipso populi iure, ubi Senatus,  
in administratione rei Sacrae, parum ex formu-  
la uersaretur. Ad cetera autem quaesita, quae  
in Lesseriana Epistola reperiuntur, alia occa-  
sione & loco, Propitio Numine, ex instituto  
respondebo. Interea uale, Lector Alethophile,  
ac meum qualemque ueritatis patrocini-  
um, imparibus licet viribus suscepturn, in be-  
nigniorem partem interpretare. Mulhulæ.  
D. XIII. Cal. Sept. A. a C. N. cl:loc:cc XXXVII.

§. I.

## I.

**M**anifeste iniquum est, ut pars maior se-  
quatur minorem. Pars enim maior  
ius habet integri. Videatur HVGO GROTI-  
VS, *Iuris Belli & Pacis Libr. II. c. 5. §. 17.* Igi-  
tur in Civitatibus Imperii Liberis, iis cum primis,  
in quibus forma regiminis *Democratica* domina-  
tur, Senatus ne unicum quidem agellum, quo  
corpora pascuntur, iure, sine populi consensu,  
alienare potest: multo minus cantilenas, quae  
inde a Reformationis tempore in populi pro-  
prietatem uenerunt, quasque plebs pro ani-  
marum suarum pabulo habuit, fas erit, a Se-  
natū, aut NB. *Ecclesiae non dominis, sed ministris,*  
(I. Petr. V, 3. I. Cor. IV, 6.) populo turripi.

## 2.

**E**cclēsia Euangelica, quae Formulam  
Concordiae recepit, corpus est. Iam uero  
nec pars maior corporis, nec minima eius par-  
ticula, antiquas cantiones ad hunc diem usque  
abiecit. Quamobrem qui se coetui alicui ag-  
gregarunt, ex negotii natura, & tacito suffragio,  
promissæ intelligi debent, sequuturos se id,  
quod pars maior constituisse. Ac si uel maxi-  
me particula quaedam morbida cautiones mi-  
grasset; tamen & prudentiae, & pietatis fü-  
rat, non morbos osculari, sed corporis salutem

B

se-

„ sequi, quod quia non Pontifici Romano, sed  
„ multis Dominis secularibus subest, Libris  
„ Symbolicis, ac Cantionibus, & Catechismo  
„ Lutheri in primis conglutinatur.

3.

Quaecunque igitur plebibus Euangelicis  
in Tranlatione Passatiensi, & in Pace Religio-  
nis, & VVestphalica, annos regulatios pro funda-  
mento collocante, religionis in causa tribu-  
ta sunt, ne totum quidem Imperium illis au-  
ferre potest. Eius rei documentum esse pote-  
rit notissima illa controuersia *Hymnaria*, quum  
ciuibus Euangelicis Erfurti tres tantum cantio-  
nes superioribus annis eriperentur. Hac enim  
de re totam Ecclesiam Euangelicam maiorem  
in modum conquestam esse, inter omnes  
constat. Forsitan autem dicat quispiam:  
Romano-Catholicis quidem non licet,  
Euangelicis sua cantica eripere: licet au-  
tem Magistratibus Euangelicis. Proh quan-  
ta haec foret malitia! Senatus enim in Ci-  
uitatibus Imperialibus non potest abolere templo-  
rum tresses, & organa musica, si forte heterochita  
quaedam Senatorum capita ea dirimi, praecipe-  
rent: potest autem pabulo animarum non  
mere subditis, sed NB. suis conciuibus inter-  
dicere. Scilicet Imperii leges securitatem plebi-  
bus

bus Euangelicis praestant contra uim externam,  
sed contra uim conciuim non praestant securi-  
tatem, immo earum animabus tormenta ab iis  
interri, hand difficulter patiuntur, a quibus tui-  
tionem, per iurata pacta, poterant exspectare.  
Iudicet hic quaeſo cordatus Lector!

## 4.

Quemadmodum uero Liberae Imperii Ciuita-  
tes, tam ratione iuris reformandi, quam aliorum casuum, re-  
ligionem concernentium, in territoriis suis, & respectu sub-  
ditorum non minus, ac intra muros, & suburbia, idem  
cum reliquis Statibus Imperii Superioribus ius habent,  
(Vid. I. P. VV. Artic. V. §. Liberae Imperii Ciui-  
tates.) atque exercitium huius Iuris reformandi,  
sive circa Sacra, in Senatum, pacto populi, uel  
expresso, uel tacito, sive absolute, seu limitate  
collatum est: ita manifestum est, iura circa Sa-  
cra, quae uocantur Collegii, seu Conuentionalia, (in  
quorum numero sine dubio esse censetur Ius,  
Preces publicas, & Hymnos publicos praelcri-  
bendi.) eo modo Senatibus a Coetu tradita esse,  
non ut mentibus hominum dominantur, & aliam quandam  
fidem, ceremoniasque, ubi fidem suam detrimenti quid pati,  
Coetus putauerit, Ecclesiae inducant, sed ut NB. quae ip-  
simet Coetu sponte arrisura esse existimant, ita constitu-  
ant, ita administrent, ut nulla heic coactio, nisi in iis sal-  
tem, quae Coetum turbant, adferatur, omniaque debita  
circumspectione, atque prudentia agantur. Verbis u-  
tor celeberrimi PFAFFII, quae exstant in Origi-  
nibus

nibus Iuris Ecclesiast. Cap. IV. Art. 2. Accedit etiam, quod ii, qui iura ciuitatis administrant, iurato promittunt, se plebis iura summo studio tueri uelle. Quae estigitur iniustitia, populo paubulum animae, ipsi in transactionibus publicis permisum, auferri a suis conciuibus, ad iura ciuitatis ex formula majorum, ex pactis, & inramentis praestitis, immo ex pacis religionis tenore, tuenda obligatis?

5.

Vnicum praeterea libellum priuato suffuari, non licet. Multo minus autem Ecclesiae ministris, qui in muneric aditu Ecclesiae fidele ministerium, & tuitionem sacrorum, qualia inuenierant, promiserunt, licitum erit, sine plebis consensu, antiquum Deo feruiendi modum, sacris literis consentaneum, surripere. Conferri hic, ac legi meretur libellus DAV. BLONDELLI, de *Iure Plebis in Reginime Ecclesiastico*, GROTTII Commentario posthumo de *Imperio Summarum Potestatum circa Sacra*, Hagae Comitis A. clo. 15 C. LXI. quartum recuso, subiunctus. Istuc enim facto, palliando quidem, sed nulla ratione idonea excusando, multis fane admittitur conscientiarum libertas, & gaudium spirituale, publice exercendum, non a tyrannis, sed a suis animarum curatoribus, quos suo patrimonio alunt.

6.

## 6.

Cantiones quoque, semel receptae a tota Ecclesia Euangelica, neutiquam sunt inter adiaphora referenda: quemadmodum non est adiaphorum, centum consules eligi, aut tres tolli, a minore ciuitatis parte. Etenim quum haud ita pri-  
dem e Catechesi Palatina Reformatorum Hei-  
delbergensi unica tantum Quaestio sublata es-  
set, totum Protestantium Corpus, ut ea repo-  
neretur, fortissimis rationibus persuasit Serenissi-  
mo Electori Palatino, quum tamen in aliis Ca-  
techesibus neutiquam exstaret, adeoque eius  
lectio Palatinis Reformatis adiaphora uideri potu-  
isset.

## 7.

Quum igitur Iura circa Sacra, Collegii,  
& Conventionalia, Senatibus Ciuitatum Imperii,  
eo, quem supra §. 4. diximus, modo compe-  
tant; aequum omnino est, ut maior ciuium pars  
aduersus paucos Nouatores, veterem Liturgiam  
peccatum euntes, ius habeat integri, iustumque,  
si Magistratus exercitio eiusmodi iurium male  
utatur, de grauamine, ex hoc capite sibi illato,  
querulandi causam. Praeterea quoque necesse  
est, quamlibet Ciuitatem Imperialem,  
siquidem per pacta Euangelico Corpori,  
cuius assentia saepe carere nequit, uel-  
ut inserta est, se componere ad rationem

B 3

totius

totius, in iis potissimum rebus, queis corpus, uelut communis vinculo, consolidatur.

8.

Corpus Euangelicum est uelut Civitas quaedam Systematica, cuius omnes partes ita se gerere oportet, ne Systema dissoluatur. Documento sit Hollandia, quae non habet iurisdictionem in Seelandia: neque tamen patitur, Seelandiam migrare Synodum Dordrechta-nam, aut cantiones, a Reformatis Vnitarum Prouinciarum receptas, abrogare. Similiter etiam Ecclesiae, Aug. Conf. addictae, ad unam omnes *magnō consensū* docent, ut initio A.C. loquuntur. At nouae cantiones pleraeque *magnō dissensū* docent. E.gr. Iuxta Articulum XV. docent, omnes ritus seruandos esse, qui sine peccato seruari possunt. At cantiones ueteres sine peccato seruari non posse, ne ipsi quidem Nouatores dicunt. Pugnant ergo contra A.C. Accedit & hoc, ac primo quidem loco commemorandum, quod Lex regni Dei sit: *Non furaberis. Exod. XX, 15.* Cui iungatur tritum illud, & perulgatum apud omnes: *Non dimititur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

9.

Verum quidem est, pacem religionis permettere Protestantibus, *dass sie Kirchen-Gebraeuche auf-*

*aufrichten moechten.* At illa pax inita est cum Romanensibus, non autem inter Protestantes sancita. Hoc igitur quaeritur: an consultum sit, aut iustum, plebi adimere cantiones antiquas, quarum usu pridem, constanterque gauisa est, annis uidelicet c<sup>lo</sup> L<sup>v</sup>, c<sup>lo</sup> xcix. c<sup>lo</sup> xc<sup>xiv</sup>, c<sup>lo</sup> xc<sup>xviii</sup>. & an prudentiae consentaneum sit, facere ex Corpore Euangelico scopas dissolutas? Quod utrumque negatur, & pernegatur, atque ex antea comprobatis luce meridiana clarius euictum, satis superque confirmatur.

### IO.

Coronidis denique loco subiicere, quae celeberrimus quondam ICtus lenensis, CHRISTIANVS VVILDVOGELIVS, admodum apposite ad hanc rem scripsit, non molestum mihi, aut poenitendum duco. „Vt, inquit ille, absque impedimento de ipso Exercitio Iurium circa Sacra „ differere possimus, prius indicare placet diuersam Ciuitatum Imperialium Liberarum formam. Duae plerumque „ regendi formae in Ciuitatibus inueniuntur Liberis, Ari- „ stocratica nimirum & Democratica. In posteriore euenit, „ ut

„ut membra Senatus, illique, penes quos regendi, con-  
„sultandi, & decidendi est auctoritas, ab uniuerso con-  
„stituantur populo: & ut plurimum totus populus in  
„varias tribus solet distribui, id fere cum prima Ro-  
„mana Republica commune habens. Eliguntur ex ipsis  
„tribubus, qui tanquam praefectorum, siue tribu-  
„norum plebis, locum, & iura tribuum suarum, in  
„consultando, & concludendo obseruent. Ex illistri-  
„bibus iterum eligi solet Magistratus, qui separatum  
„conficit Collegium. Magistratus speciatim leges con-  
„dit, ius dicit, foedera pangit, bellum init, onera ciu-  
„bus indicit, consultat de Reipublicae salute, iustitiam  
„administrat, Politiam curat, ceteraque Reipublicae  
„Iura exercet, non exclusis tamen modo dictis tribu-  
„bus, quae in consultando plerumque in separato con-  
„clavi conueniunt. Vno uerbo: Magistratus simul  
„cum his omnia & singula Iura, ad iurisdictionem ter-  
„ritorialem spectantia, exercet. Talis est forma Ham-  
„burgi, Goslariae, NORDHVS AAE, &c. Vide Topogra-  
„phiam Inferioris Saxoniae. Hac igitur existente, NB.  
„Ius Sacrorum quoque regulariter omnibus compe-  
„tit, non tamen singulis, sed *collective* sumptis: nec  
„Magistratus solus, sed & tribus, & reliqua pars ciu-  
„um, illius exercitio gaudent, de illo disponunt, con-  
„sultant, & unanimiter administrant. Hoc etiam mo-  
„do leges circa Sacra, & Religionem condunt, Consi-  
„storia constituant, Ministros Ecclesiae uocant, atque  
„designant, & omnia Sacrorum Iura exercent. *Diffr.*  
*Inaug. Iurid. de Exercitio Iurium circa Sacra Ciui-*  
*tatum Imperialium Liberarum Prote-*  
*stantium. §. XV.*

## TANTVM.

*Ling VI 41*

ULB Halle  
001 852 078

3



5b.







B.I.G.

11

# Selectae

OBSERVATIONES ET NOTAE.

VETERVM CANTILENARVM  
ECCLESIASTICARVM  
OSORIBVS ET CONTEMPTORIBVS,  
ad ius Episcopale, in pessima causa  
sua, perperam prouocantibus,  
nullaque Imperii lege prohiberi se,  
frustra putantibus,  
ad expendendum, & resipiscendum  
amicet propositae,

2

CHRISTIAN.GVILEMO VOLLANDO,  
POTENTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI, ET PRINCIPI  
ELECTORI BRVNSVIC. AC LVNAEBVRG. A CONSILIIS  
CONSISTOR. ET ECCLESIAST. PAST. PRIMAR. CONSIST.  
ASSESS, SCHOL, INSPECT. ET DIOECES. MVLHV.  
SANAE SVPERINTENDENTE.

MVLHVSÆ, FORMIS BRVCKNERIANIS,  
Anno 1737.

no 1737

Viro Summe Rec. & Amstelv  
DN. D. K. V. G. L. O.  
Breda 1818